



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Quomodo B. Virgo sit maris stella: & quomodo nos stellae esse poßimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

A V E M A R I S
S T E L L A.

*Quomodo B. virgo sit maris stella: &
quomodo nos stellæ esse possimus.*

C O N S I D E R A T I O.

Fidelis anima certum
atque indubitatum est,
Beatam Virginem M A-
RIAM, (vti in meditati- Stellarum
one ait:) non esse stellam naturale effectus que.
sed mysticam, ita nuncupatam pro-
pter similitudinem quam habet cū
stellarum naturalium proprietatibus
& effectis. Stellarum effectus sunt:
illuminare corpora, & influere vir-
tutes occultas in hæc inferiora: B.
Virginis verò, animabus & corpo-
ribus hominum diuinam lucē præ-
ferre, illisq; sua intercessione cœle-
stium donorum, & gratiarum co-
piam impetrare. In quo considera- 1. Cor. 15.
re potes Sanctos oēs stellas appel- Sancti stel-
lari, & uti S. Apostolus Paulus ait, *la sunt.*

que-

quemadmodum stellæ à se inuicem differunt in claritate: ita & sanctos inter se, idque secundū id quod magis vel minus sunt vicini Deo. Unde coniçere potes Beatissimam virginem Mariam sicut supra omnes Angelorum & Sanctorum ordines euæcta fuit, ita etiam Deo proximā esse, adeoque plus recipere lumen & claritatis diuinæ, quam nemo Angelorum vel sanctorū. Hinc est quod sacræ litteræ appellant eā

Apoc. 13.

*S Berna. in
bunclocum.*

mulierem amictam sole: perinde ac si dicerent: Sicut sol omnium siderum claritatem longe superat: ita Beatiss. Virginis gloriam & claritatem omnium sanctorum splendorem infinitis partibus excedere.

*B. Virgopro
viribus imi
tanda est.*

Marc. 2.

Est itaque, ô fidelis anima, unde gaudeas, quod Deus tam splendidum tibi sisus, cuiusmodi est Beatissima Virgo Maria, pro itineris dice donauerit. Verum enim uero non sufficiet tibi de tali duce prouisam esse, nisi eam etiam quocunquè preierit sequi atque vestigijs eius insistere labores. Si Magi contenti fuissent

sent stellam quæ ipsis apparebat tā-
tum aspexisse, nunquam ad Bethle-
miticam speluncam peruenissent,
nec ibi Regem recens natum ado-
rassent: sic etiam si tibi satis est ha-
bere beatam virginem produce, &
illam pro virili non imitaris, nun-
quam ad æternæ salutis portum, v-
bi sponsus tuum dulcissimum I.E.
S V M contemplaris, appelles.

Modum & rationem eam sequē-
di si requiris: respondebo te hoc
facturum, si pro viribus stellarum
in te qualitates & effecta exprime-
re labores. Stellæ, ut ante memini-
mus, inferiora hæc illustrant: effice
igitur ut & tu per virtutum & bo-
narum actionum exempla illis cū
quibus versaris, præluceas. Stellæ
nunquam ad terram descendunt,
sed in cœlo semper manent: sic &
tu cor tuum in cœlo desige, & si o-
mnino coelestis esse nequis, saltem
ne planè sis terrena, caue. Erige fre-
quenter mentem tuam ad superna,
atque in spiritu cum coelestibus ci-
uibus suauiter conuersare.

*Stellæ quo
modo qui-
libet esse
posset.*

B

Hæc

Hæc eadem in sacris literis tibi
sæpè cōmendantur. Enim uero quo-
Matth. 5. ad primū Saluator ait: *sic luceat lux
vestra coram hominibus, ut videant
opera vestra bona, & glorificant Pa-
trem vestrum, qui in cœlis est.* Alios
quidem verbis & sermonib. ad vir-
tutem, & iustitiae studium cohorta-
ri bonū est & magni meriti si ex cha-
ritate fiat: quia scriptū est: *Qui ad ius-
titiā erudiūt multos, fulgebunt sicut
stellæ in perpetuas eternitates.* Sed i-
Dan. 12:
Boni exempli pli virius dem bono exemplo agere, alijsque
quantia sit. salutis viā sanctimonia & integriz-
te vītē præmestrare, maioris est vir-
tutis & efficaciz. Hinc est quod sū-
mus ille Magister & Doctor IESVS
Christus dum in terris vitā ageret
vtrūq; coniunxerit: vti pulchre ob-
seruauit S. Lucas cū ait: *Cœpit Iesu
facere & docere.* Quin et quotidiani-
nus usus & experientia declarat, vir-
tutes & vitia, quæ in alijs cōspicimus
plus viriū habere, efficaciusq; nos
A&R. 1.
Psalm. 17. ad similiū operum affectionē exci-
tare, q̄ sola verba. Cū sancto saeculus
eris, ait Psalmista: & cum peruersio-

per.

peruerteris. Da igitur operā, fidelis
Anima, vt bono exēplo præluceas
proximis, maximè domesticis & filiis
qui curæ tuæ commissi sunt: hoc
namq; agendo primam stellæ pro-
prietatem, quæ est lucere & illumi-
nare, imitando exprimes.

Quoad secundum, videlicet, ne
semper in terris repas. S. Paulus ait:
Nostra conuersatio est in cœlis. Loqui
tur ibi Christi fidelibus; quos admo-
net, vt cor suum in cœlo collocent,
ibiq; cum Deo & sanctis eius inces-
santer cōuersentur. Hoc exēplo suo
præsttit S. Paulus Apost. hoc ēt &
quidē præ cæteris omnib. perfecti-
us glorioſissima virgo Maria, quod
SS. Ecclesiæ Doctores suo testimo-
nio cōfirmāt. Hāc igitur sequere, &
ad illius imitationē te totū cōfinge,
ſi illā tibi stellam & nauigationis
ducē & directricem esse cupis. Qui pafīm.
... n. affectum suum mundi reb. impli-
cant, terreni permanent, nec B. Vir-
ginē per cœlestes semitas insequi
possunt: & qui cum proximis bono
exēplo lumē præferre deberēt, illos

Philip 3.

S. Ambr.
lib. 2. de

virg.

S. Dernan.

contrà fumo malorum morum, &
peruersæ conuersationis denigrant
& obfuscant, non sunt stellæ cœli,
sed titiones ignis æterni. Væ mundo
Matth. 18. scandalis, ait Dominus. & ibidem:
Qui scādalizauerit vnū de pusillis his
qui credunt in me, melius est ei, ut
mola asinaria suspendatur ad collum
eius, & demergatur in profundum
maris. Quibus verbis indicare vo-
luit supplicium hoc longè mitius ei
futurum, quam illud quod in futu-
ro sæculo subiturus esset. Enitere
igitur, Anima Christiana, proximis
bono exemplo esse, atque cor sæpe
ad coelestia leuare. hoc agendo B.
Virginem stellam & fidem ducem
tuam sequēris, ac re ipsa cognosces
illam verè stellam & Dei matrem
esse: potentissimamque tibi succur-
rere, atque ab omnibus periculis
huius maris in quo nauigas &
periclitaris emi-
mere.

DEI